

familiis per hoc nostrum regale preceptum sub nostra successorumque nostrorum defensione salvantes recepimus, confirmantes videlicet eis omne conquesitum eorum tam in terris et vineis quam et in diversis speciminibus domibus atque possessionibus per singula ut diximus loca et territoria, undecumque illis per quemcumque modum vel titulum advenisse noscuntur vel in antea adquisierint, sive etiam concedimus atque confirmamus generaliter predictis omnibus canonicis sancte Bononiensis ecclesiae inlibate absque alicuius contradictione, quicquid condonatum vel concessum fuit illis vel canonice illorum ab eorum episcopis aut a quibuslibet deum timentibus hominibus per quamcumque concessionem sive per preceptum vel per aliquem concessionis titulum possidere, id est: massam Tauriani cum palude rivulis, cum casalibus et apendicibus suis et fossa Liugua et locum qui vocatur Gurgosa usque ad limitem qui dicitur Illanicus et fundum Ducentula in integrum et de fundo Muntones unti[a]s¹ duas et fundum Tabernulis in integrum coherens² se², nec non et fundum Castaniolo et fundum Ronci et fundum Uiriaticus, simul et campis³ qui sunt inter Lopolitum et Spicis, et quicquid ibi inventum fuerit de iure sancte Bononiensis ecclesiae; et concedimus vobis fundum Quinquaginta, qui est positus ad latus masse Saurianensis, ubi famuli sancte eiusdem ecclesie residere videntur, quod iam antea concessum habuistis; et item concedimus vobis Actum super fluvium Sauene intra territorium Britensis cum omnibus casis et casalibus ad supra scriptum Actum pertinentibus, qui sunt de iure sancte iam dicte ecclesie; et concedimus vobis massam que vocatur Francinaticus cum omnibus casalibus coherentibus² se², cum silvis et castanetis sibi pertinentibus; reconfirmamus casas et casales que sunt intra Saltusplanus, quae a sancte memorie domno Clemente episcopo pro quartarum portione vestris antecessoribus concessae fuerunt, id est: fundum Reuerentiani, Scampaniano et Canditioni atque villam, simul et in² fundum² Ueniano untias duas et Zaconiticus in integrum et Gorzanitici et Uiticlesi et fundum Caprilia et Siuiriaticus et alios casales coherentes ibi, nec non et fundum Upupim et Corneliano, que² sunt positi² ad latus basilicae sancti Petri intra³ ipsos Saltusplanos; in montibus quoque super fluvium Reni fundum Sergis et Coloniola et Pixano cum casale Mediana in integrum, nec non fundum qui vocatur Barbioticus et fundum Grauselia atque fundum Ceciliano et fundum Cerrito et fundum Castellione cum campis et silvis coherentibus² se², simul et fundum Mixturiano, qui est positus super fluvium Sittam untias octo in integrum. Insuper etiam constituimus omnes decimationes obnixius totius plebis sanctae Marie dei genitricis quae vocatur Buida et ecclesiam sancte Mariae quae est sita in Monte Palensi cum omnibus oblationibus et pertinentiis suis, et quicquid a deum timentibus ibidem pro salute vivorum ac defunctorum fuerit oblatum, cuncta vero olivetae que sunt posita in territorio quod vocatur de Garda, domum quoque⁴ iuxta palatium episcopi eiusdem ecclesiae, antiqui etiam pauperum alteram domum hospitii, seu quicquid de iurae² eiusdem ecclesie nunc habent vel ipsi vel eorum successores iuxte² adquirere potuerint, omnes autem decimationes, que² presentaliter predicti canonici habent vel habere debent sive invenire potuerint, totum etiam domnicatum eiusdem ecclesiae canonicae, ecclesiam vero sancti Iohannis baptistae iuxta eandem domum, medietatem vero omnium decimarum totius plebis que vocatur in Barbarorum sive cunctas res mobiles et immobiles quae dici et nominari iuxte² possunt. Nec non concedimus illis canonicis de omnibus suis

1) Durch Loch zerstört. 2) A. 3) Hinter 'intra' ein Loch im Pergament, dem die Schrift ausweicht. 4) q̄q̄ue A.